Fragmentarium

iacentem An in effectum aliquē uiribus & igne animi
An in eum qui ſuopte ſtudio intenui uita ſe contineꝑ.
Atq; ut primum adoriar Non ſum neſcius quanta
fortune vis ſit & ludicra monſtruoſa que non ſemel
luxuriantes opes ludibunda in miſerandas calamitates
inuexit. Memorare licet dionisium Syracuſanū qui
ex celebri principatu corinthum eiectus in fedissimo
ludo contriuit etatem. Alcibiadem uidere licet. polica
tem ſamioꝝ tyrānnum Syphacē Marium ceterosq; ui
ros illuſtres quos uariis euentis deturbauit ſua ſponte
iritata fortuna. hec ſi qñ contingerit miſerandū eſt
& alienas uices eſt indolendum. Sunt lacrime reꝝ &
mentem mortalia tangunt. At uero nauis noſtra ſi naufrage
forti inq̄ forti pede perſtandum & quicqd eruperit uis fortūe
flantis colectiſ uiribus ſuſtinendu;. Quo loco meminiſſe
iuuerit qd ad familiarē familiariter Cicero ſcripſit. Ho
mines nos ut ēē meminerimus ea lege natos ut omnibus
telis fortūe propoſita ſit uita noſtra. Neque recuſandum
quo minus qua nati ſumus conditione uiuamus neue eos
tam grauiter caſus feramus. Quos nullo conſilio uitare poſ
ſumus euentisq; alioꝝ memoria repetendis nihil noui nobis
accidiſſe putemus. Animorum tantum mihi de
dit oratio tua: ut ſi mihi petunde ſint gades, lembum
intrepidus parem, tanti ego uim fortune pendo: tantu;
contremiſco quicqd minitabunda perſtrepat. Gaudō

License: public_domain – Göttingen, Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen, Cod. Ms. Morbio 1 b, 2v – Philippus Ariminensis, Symposium de paupertate (https://fragmentarium.ms/view/page/F-8l46/11343/82217)